

n. 141: Erwartungsvoller Brief eines Untertänigen an einen mächtigen geistlichen Gönner, der in kaiserlichen Angelegenheiten nach Apulien zurückzukehren gedenkt und nun eine Unpäßlichkeit als Grund der Verzögerung seiner Ankunft gemeldet hat.¹

Magne salutis gaudium et inestimabile lucrum quasi raptus ad ardua cum Zacheo² de celesti me sensi munere assecutum, cum vos, pater amabilis et homo utique^a tam magni nominis apud me pusillum destinastis humiliter et paterna dignatione mansistis. Pro lucro michi posui dies illos, quos michi contulit presencia gaudiosos, nec a mea unquam potuerunt transire memoria, quia similes habuisse non memini. Sed tanquam celebres ac festivos quamdiu vixero contribuo, recolendos eosdem in mei cordis armario votiva recordatione conscripsi. Licet enim aliquando divino nutu grata tempora transissem et fortuna michi quantumlibet arridente vite commoditates^b habuissem, medii tamen^c interruptio temporis omnino me reddidit transacte iocunditatis inmemorem et usque ad illum felicem vestre paternitatis adventum sic omnium bonorum contemplor^d expertem, tanquam si semper et assidue in fundo adversitatis emersus prosperitatis^e et leticie umquam^f amplius non gustassem. Vobis autem ingredientibus domum nostram, que se iactat et iubilat tanti patris benedictionibus illustratam, ego quasi de postliminio^g reversus et integre ad omnia restitutus, totus quodammodo velud in iuventute refluvi et ab omni prorsus inedia sub vestro presidio respiravi. Sic me paternis recreastis applausibus et votivis deliciis inescastis, quod et preterite vite cursum et future presagium in mea fecistis consideratione vilesce, adeo [ut]^h si qua passus sim impedimenta vel honera, memoranda non estimem, et si rerum aut temporum fortasse servaretur essencia, inopinata de cetero pericula non formidem.

Ceterum post recessum vestrum de partibus istis cum de vobis studiosius inquirerem et exspectarem vos cottidie, secundum quod a vobis audiveram, pro imperialibus negociis in Apuliam

141. ^a) So vielleicht st. nu(m)q(uam) R ^b) commoditatibus R
^c) tū R ^d) contemplar R ^e) folgt a R ^f) quamquam R
^g) posteliminio R ^h) fehlt R

¹) Man könnte an eine Persönlichkeit wie Erzbischof Berardus von Palermo, Erzbischof Jakob von Capua oder den Deutschordensmeister Hermann von Salza denken; aber für eine Bestimmung fehlen genügende Anhaltspunkte. ²) Vgl. Luc. 19, 2 ff.